





~~D. X. 92.~~

U. 68 (4.)

~~H. F. u. 68.~~

Emb. 11. 2. 6

Table des Ouvrages contenus dans ce Volume.

1. Bazon. (J. A.) Eloge historique de l'université de Paris, latin, français, et avec des remarques
discours prononcé aux écoles de médecine le 11 8bre 1770.
2. Guerin. (F. M.) Mandatum ob recens natum Sereniss. Burgundiae Ducem.
3. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
4. Mandatum rectoris
5. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
6. id Mandatum rectoris
7. Hamelin. (P.) Mandatum rectoris.
8. id Mandatum rectoris
9. id Mandatum rectoris
10. Jacquin. (S.) Mandatum rectoris
11. id Mandatum rectoris
12. id Mandatum rectoris
13. Cogier. (F. M.) Mandatum rectoris ob dilatam Scholarum instaurationem.
14. Guerin. (F. M.) Mandatum rectoris
15. id Mandatum rectoris
16. id Mandatum rectoris
17. id Mandatum rectoris pro consecratione regis
18. Doussad. (Joan.) Panegyricus Ludovici magni obres hoc anno regni XLI praeclare gestas.
19. Broucher. (P.) Panegyricus Augustiss. Delphino dictus Lutetiae Parisiorum in collegio
Charomontano Ann. 1662.
20. Schoepflinius. (Jo. D.) Panegyricus Ludovico XY.
21. Crevier. (J. B. L.) Oratio in restitutam regis valetudinem habita in instauratione Scholarum
Collegii Dormano-Bellovacii. 1744.
22. Le Roy. (Chr.) Divi caroli magni, regis Francorum et Occidentalium imperatoris laudatio

23. Geoffroy (J. B.) De amore Patriae oratio.

24. Petit (Ludov.) Oratio de iis quae ad eloquentiam, tum sacri, tum profani codices
conferunt, praesidiis habitae =

25. Hauvilliers (J.) Ludovico victori moderato oratio.

26. Manque

27. Geoffroy (J. B.) Ex bello quod anno proxime elapso gestum est, gerendi hoc anno belli
quale omen repeti possit Oratio.

28. De Salmeus Pœ Estampe iconologique en forme de Médaille, dont le type représente le
es fils Des intéressement dessinée et gravée par J. J. Pasquier avec la
description de cette estampe.

29. Leroy (Chr.) Quantum litteris debeat virtus oratio.

29^{bis} id Quo potissimum in instituendis pueris sublevari possit magistrorum
labor. Oratio.

30. Geoffroy (J. B.) Augustis parentibus Delphino et Delphinae gratulatio.

31 Manque

32. Kaltor (Ant.) Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano. Bellouaci.

33. Geoffroy (J. B.) Quo loco inter cives vir litteratus habendus sit oratio.

34. Le Beau (J. L.) De pace oratio gratulatoria.

35. Kaltor (Ant.) Oratio funebris Mariae Polonorum regis filiae, Gallorum reginae.

36. Xaupi (Joseph.) Discours latin prononcé par = officia à la procession du recteur de
l'université, dans l'Eglise de l'abbaye royale de St Antoine avec la
traduction

37. Jacquin (Et.) Discours prononcé le jour de la procession de l'Université, à l'occasion
de la Profession de Madame Louise Marie de France (latin français)

38. Xaupi (Jos.) Compliment fait par = au nom de la compagnie à M^r de La Roche-
aymond au sujet de sa nomination à la chaire des bénéfices 1771.

38^{bis} Guerin (P. N.) Mandatum rectoris. Praemium eloquentiae latinae

- 39 Mauduit (F) *Utrum Vulgo plebeciorum Liberos humanioribus litteris excoli oporteat Oratio.*
- 40 Nauvilliers (J.F) *Ludovico XV regi Galliarum dilectissimo Laudatio funebris*
- 41 *Ad Supremum Senatum gratulatio post reditum habita universitatis nomine*
42. Walter (Ant) *Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano-Pellovaci*



UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sib11

SU

Cote


U 68 in-4

1153802502









M A N D A T U M R E C T O R I S.



OS FRANCISCUS - NICOLAUS GUERIN,
RECTOR Universi Studii Parisiensis, omnibus
Universitatis Doctoribus, Magistris & Scholaribus,
SALUTEM:

QUOD optimi Patresfamilias, quod Reges sapientissimi
præsertim habent in votis, ut paria & ampla Liberis connu-
bia comparent, & Populorum tranquillitati quàm longissimè
in posteras ætates prospiciant: id, perfectis jam antea duobus
Augustorum Nepotum Nuptiis, ecce nunc SERENISSIMI
ATREBATUM COMITIS Conjugio instaurat, totâ tertium exul-
tante Galliâ, LUDOVICUS.

FELICES & verò atque omni plausu celebrandos Fratrum
conjunctissimorum Hymenæos! quibus non, ut sæpè aliàs,
suorum fœderum leges bella interposuere; quos non Socie-
tatum ambitio captavit; quibus verò Pax, beata Pax, &
arbitra suorum consiliorum sapientia præfuerunt: ut quæ

accefferint ad regales tædas Puellæ Principes ; non fortis imperio fuerint oblatae , non ad opem externam optatae , sed ex liberrimâ virtutum æstimatione , vel propter dulcem veterum cognationum memoriam electæ.

OMNES Gentes , omnia Regna Religione nobiscum ac morum similitudine conjuncta circumspexit LUDOVICUS : neque deerant Principes ornandis ferendisq̃ue Scep̃tris natae : at Ei tamen nulla suo DELPHINO , proximo Suæ Majestatis Socio , nulla Solii omnium potentissimi fastigio visa dignior , quàm quæ hùc esset Imperatorium nomen , & præstantiores illo tot Cæsarum nomine Matris Augustissimæ virtutes allatura. Nec spem fefellit egregia THERESIÆ Soboles , quæ omnibus gratiarum leporibus statim oculis commendata , mox , ubi dotes pulcherrimis naturæ donis additæ plenius innotuere , brevi facta est , immò fit in dies Avo & Conjugi , Aulæ & Urbi , toti denique Genti pretiosior.

ALIIS porrò Nepotibus quales pararet Nuptias Avus optimus , ut inter Augustas Nurus omnia genere , moribus , indole convenirent , jam tùm licuit augurari. Memor itaque materni sanguinis ad eam respexit Stirpem Principum , quorum Gens vel originis antiquitate , vel Heroum numero nullâ inferior , non fœminarum gloriâ minùs , quàm Virorum inclaruit : quorum animus iis , quos infedere , montibus excelsior , immortalium facinorum famam non regionum , quas regunt , finibus terminavit , sed per omnem latè Europam propagavit , & , quæ laus est vel maxima Regnantium , quos Populi propter imperii humanitatem tanquàm demissa Cœlo Numina pænè adorantes colunt ac venerantur. Illinc è numerosâ Sororum Prole , quibus hæc Aula distinguitur , duas animo destinat Cognatis Principibus deprecandas : quod consilium beatissimus etiàm secutus est & sequetur eventus : præstat SERENISSIMI

ATREBATUM COMITIS felicitatem SERENISSIMI PROVINCIAE
COMITIS felicitas.

VENIAT ergò, veniat expectata Virgo, & quanquàm credibile est optimam Filiam ad dulces terras, quæ Infan-tem aluerunt, & ad Parentum, quos relinquit, ulnas Aulamque oculos interdum reflectere, festinet in occursum Viri, qui, liceret impetum sequi, erat Ipse ad extremam Gallicæ ditionis oram occursum. Faustum Utrique candidumque diem! quo ab Avo productus, augusto hinc indè Fratrum Sororumque comitatu sponsam sponsus excepturus est. Quâ veneratione, quàm tenero pietatis sensu in optimi Patris oscula se Filia conjiciet! At quibus Uterque deliciis exundabunt, cum palàm & apertè, nec jam transmissis hinc illinc, qui Principum mos est, imaginibus, aspicient, Ille formam omnia dignitatis & modestiæ indicia præferentem, Illa expressum in primulo ætatis flore Heroem, totum fronte oculis, incessu BOR-BONIUM.

CUM autem non ad regiam tantum Familiam, sed ad omnes etiàm Ordines pertineat futuri Connubii fructus & utilitas, æquum est in communis lætitiæ partem venire & nostræ Academiæ Juventutem. Assuescat illa nihil à se alienum existimare, quod Regni, quod Principum intersit.

ITAQUE dies Martis & Mercurii proximos, decimum-
sextum & decimum-septimum hujus mensis, VOLUMUS ab omni lectione publicâ vacare, ità ut de solitis feriis nihil detrahatur.

DATUM de Consilii nostri Sententiâ in Ædibus nostris LUDOVICÆIS, die decimo-tertio Novembris, anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo-tertio.

Ex Typographiâ Viduæ THIBOUST, REGIS, nec-non Academiæ
Parisiensis Typographi, in Plateâ Cameracensi.

